

da apodicticè, an dialecticè, an Sophisticè, quorum illud *Biccolominèus*, istud *Zabarella*, hoc *Complutentes* propugnant. Et ita habet definitio, divisio & probatio principiorum, physicorum, prout ab Interpretibus Aristotelis proponi & institui solet. Ex quibus omnibus oppidò quàm clarè elucescit, quàm frivolè & turpiter tractentur pricipia, in quibus horum tractatione regnent non nisi dubia, ambigua, falsa. Quæ vel recensuisse, est refutasse, refutata tamen singula, æquidem solidissimè, videre quivis potest apud *B. Sperlingium l. c. q. 1. & 2.* Quo cum dolemus meritò, quod circa Principia physica tot litigia, tantaquæ extiterint, quæ bis mille annis, quibus hæctenus in Physicâ tot acutissima ingenia, & tot pertinacissima ingeniorum studia laborârunt, componi nequiverunt. Et placent ad eò mihi verba, in quæ *Sebastianus Basfo* Medic. D. qui se assiduum in legendis interpretibus *Zabarella*, *Conimbricensibus*, *Toleto*, *Alexandro Philopono*, *Themistio*, *Averrhœo*, *Avicenna*, *Thoma*, *Scoto*, *Nominalibus*, *Realibus*, *Græcis*, *Arabibus* & *Latinis* fuisse ait, hoc modo tandem erumpit: *Si Aristotelis principia, multaquæ, alia quæ tanquam oracula multi venerantur, non modò sunt incerta, nullisquæ, firmis rationibus freta; sed si inexplicabilia; si sensui atquæ, rationi repugnantia, si necessarias atquæ, inevitabiles contradictiones trahentia, petimus, ut ab illis liceat recedere.*

Tertium.

Privatio Peripateticorum figmentum est.

Sermonem hîc nobis esse non de privatione illâ Logicâ seu Metaphysicâ, quæ est absentia rei inesse debitæ in subiecto capaci, estquæ; vel totalis vel partialis, ac cum primis subiectum habile & tempus determinatum requirit, quo ipsa à negatione differt, quilibet, opinor, animadvertit: sed physicâ illâ, quæ definiunt per carentiam formæ in subiecto

cto